pro qua dñs nr ihs xps nõ
dubitauit manib' tradi no
centium: et crucis subire
tormentum. Per eundem.
Ad vs. cap. Egredimini
filie syon. Oro. Deus qui
unigeniti tui. e. axxxxxxx

Gaudeamus omnes in do mi no diem festum celebrantes sub hono re corone dñi de cuius translacione gaudent ange li. et collau dant filium de i. Ps. Oms gentes

plaudite manibus: Iubilate deo in u. exultacionis. Gla.

Leccio libri: Sapiencie.

Lectulum salomonis sexaginta: fortes ambiunt: ex fortissimis isrl. Omnes: tenentes gladios: et ad bella doctissimi. Uniuscuiusque ensis sup. femur suum: propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi: rex salomon: de lignis libani. Columpnas eius: fecit argenteas: reclinatorium aureum. Ascensum purpureum media: caritate constravit: propter filias ierlm. Egredimini et videte filie syon regem salomonem in dyademate quo coronavit eum: mater sua: in die desponsacionis eius. et in die leticie cordis illius. Quam pulchra es amica mea quam pulchra: es et decora: oculi tui columbarum: absque eo quod intrinsecus latet.

License: CC-BY-NC – Romont, Abbaye de la Fille-Dieu Romont, Ms. liturg. FiD 5, f. 118v – Cistercian Gradual
(http://www.e-codices.ch/en/fdr/0005/118v)